


et ex digitor habentes aut quatuor aut similia. Sicenim sicut abinitio con
stituit unaquamque naturam sic dimitteret illam immutabiliter semper in suo
ordine permanere. in oblivionem deduceretur coram hominibus operatio dei.
Nam aestimaretur natura rerum ipsa seregere ut pura constituit dr naturaliter
ut in hieme frigora sint. calor autem in aestu ut terra fructum proferat ut
pluuia descendat de caelo. Sic haec sicut abinitio constituta sunt transitoria
immutabiliter perseuerarent. Inuenitur dr abinitio quidem constituisse
et deinde ro omnem naturam sua potestate et per hoc fieret ut iam creatura
necessarium non haberet factorem. Ideo ergo natura rerum conuertitur con
tra naturam suam. Interdum ut semper dr naturarum opifex. Immemoria
redigatur et semper necessarius sit factor suae factura. Et non solum
semel redcorrigi e operas sua facere videatur. Propterea in euangelio de caeco
qui natus fuerat dns dicit. Neque hic peccauit neque parentes eius sed
ut manifestentur operadi. Non solum simpliciter intelligendum est. sicut
multi putant. ut caeco sanato di potentia cognoscatur. Sed ideo in illius
persona hoc dicit. quia contra regulam naturae sine oculis erat creatus.
ut in transuersione naturae opus di intelligatur dū emendatur
natura. Tunc oblatus est puer ut manus ei imponeret et oraret.
Tunc quando dns decaecatus faciebat sermonem. et beatos pronuntiabat
eunuchos. De gloria enim continentiae dno referente atque dicente.
Sunt qui se eunuchizant propter regnum caelorum. Audientes quidam ob
tulerunt infantes pueros decaecatus mundissimos. Putabant enim qua
dns corpore mundos tantum laudabat non ut uoluntate. Nescientes quia dns
non illos beatificauit eunuchos quos puertiae necessitas facit castos. sed con
tinentiae utrum. Discipuli autem uetabant eos. O caro amica rerum mala
rum et inimica bonarum qua non delectatur in bono. Ideo facile obliuiscitur
bonum. Malum autem quidquid audierit quam naturaliter in cor desi
plantatum sic retinet semper. manum quam potest aliquid obliuisci qd diligit.
Idem operans dr. alioquin infirmitatis sanatur dipotentia cognoscitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm8110/0015